









WYPISY
NA KLASSE DRUGĄ
Z AUTORÓW
KLASSYCZNYCH
DO NAUK W SZKOŁACH NARODOWYCH
STOSOWANE

Zszyte gr: 10.



W WILNIE
w Drukarni Akademickiej
Roku 1796.



P-18-0-1462
80-1490

W Y P I S Y

NA KLASSE DRUGĄ.



DO MORALNEY NAUKI

*O Powinnościach wzajemnych między Uczniem
i Nauczycielem.*

I. **A** Dolefcentes ament Præceptores fuos non minus quam studia: & exiffiment eos parentes effe, non quidem corporum, fed mentium. Multum hæc pietas conferet ad felicem exitum ftudiorum. Ita enim & libenter audient & dictis credent, & effe Magiftrorum fimiles concupifcent, in ipfos denique coetus fcholarum læti & alacres convenient, emendati non irafcentur, laudati gaudebunt, ut fint cariffimi mereri conabuntur. Nam ut præceptorum officium eft docere; ita difcipulorum præbere fe dociles: alioqui neutrum fine altero fufficiet.

Ea maxime cura habenda eft, ut præceptor omnino fiat nobis familiariter amicus: nec fequatur officium tantum in docendo, fed etiam affectum. *Quintilianus.*

Quo amore Cratippum præceptorem dilexerit Ciceronis filius; declaravit in epiftola ad Tironem his verbis; fcito me Cratippo effe conjunctiffimum, non ut difcipulam, fed uti filium. Nam cum audio illum libenter publice, tum etiam privatim ejus fua-

A2

Marcus Fabius Quintilianus, fławny Retor, czyli Nauczyciel wymowy, urodził się w Hiszpanii, umarł roku 59 po Chrystusie. Uczył Retoryki w Rzymie przez lat 40. z wielką sławą. Napisał wyborne dzieło o Sztuce Krassomowskiéy pod tytułem: Institutiones Oratoricæ, na 12 książek podzieleno.

vitatem vehementer amo. Sum totos dies cum eo, noctisque sæpenumero partem: exoro enim ut mecum quam sæpiissime cœnet. Quare da operam, ut hunc talem, tam excellentem virum videas quam primum. *Cicero Libr. 26. Epist. ad Familiares.*

2. Præceptores suos adolescens veneretur ac suspiciat, quorum beneficio se vitiis exiit, & sub quorum tutela positus exercet artes bonas.

Præceptorum magna caritas, magna reverentia sit. Ne dicas, nihil quidquam his debere te, nisi mercedulam. Nam primo quidem pluris sunt, quam emuntur. Emis a bonarum artium præceptore rem inestimabilem, studia liberalia & animi cultum. Itaque illi non rei pretium solvitur, sed laboris, quod deserviunt, quod a rebus suis avocati nobis vacant. Deinde præceptor sæpe amicum transit, & nos non tam arte obligat, quam benigna & familiari voluntate. Hoc cum factum est, præceptori pretium operae solvitur, animi semper debetur.

In optimis artibus, quam vitam conservant aut excolunt, qui nihil se plus existimat debere, quam pepigit, ingratus est. *Seneca.*

Cum Pythagoras accepisset Pherecydem, qui ejus præceptor fuerat, in insula Delo gravissime aegrotare; confestim ex Italia in insulam navigavit. Ubi cum aliquandiu feni fomenta adhibuisset studiose, nihilque omisisset, quod ad pristinam valetudinem eum revocaret; tandem senectute & morbi vi superatum sedulo sepeliit: & postquam ei, tanquam patri filius justa persolvit; rursus in Italiam reversus est. *Diodorus Siculus.*

Socrati cum multa multi, pro suis quisque facultatibus, offerrent, Aeschines pauper auditor: *nihil*

O Cyceronie i o innych tu przyłączonych Autorach, obacz
Wypisach na Klasyę pierwszą, do moralnéy Nauki,

inquit, dignum te, quod dare tibi possim, invenio, & hoc tantum me pauperem esse sentio. Itaque dono tibi, quod unum habeo, me ipsum. Hoc munus ergo qualecunque est non dedigneris: cogitesque alios cum multum tibi darent, plus sibi reliquisse. Cui Socrates: Istud quidem inquit, magnum mihi munus videtur; nisi forte parvi te aestimas. Habebo itaque curam, ut te, meliorem tibi reddam, quam accipio. Vicit Aeschines hoc munere omnem juvenum opulentorum munificentiam. Seneca.

Alexander Aristotele Doctore diu usus, accepit ab illo tam utilia agendi & loquendi praecepta; ut non dubitaverit praedicare: non minus Aristoteli debere se, quam Philippo patri: huius enim minus esse quod viveret, illius quod honeste viveret.

Diis acceptum refero, inquebat M. Aurelius Imperator, quod bonos praeceptores habuerim, quod illos mature evexerim ad honores, quod mihi quoque copia fuerit magistrorum, qui ad educandos liberos meos essent idonei. Imo tantum honoris magistris suis detulit, ut Imagines eorum inter Lares Deos haberet, ac sepulchra eorum hostiis & floribus semper honoraret. Marcus Aurelius.

3. Duo vitia vitanda sunt in cognitionis & scientiae studio, naturali sane & honesto: unum ne pro cognitis habeamus incognita, hisque temere assentiamus. Quod vitium effugere qui volet (omnes autem velle debent) adhibebit & tempus & diligentiam ad considerandas res. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnam operam conferunt in res obscuras, easdemque non necessarias. Quod ope-

Marcus Aurelius Antonius, Filozof i oraz Césarz Rzymski, naylepszy z Monarchow, którzy panowali. Narodził się w 121. lat po Chrystusie, wstąpił na Cesarstwo Rzymskie po Antoninie Pijulie, żył lat 59. panując 19. Myśli jego, czyli Uwagi nad swoim życiem, w dwunastu księgach zamknięte, które pisał po Grecku, mają wiele wyborney nauki moralney.

4
ræ curæque ponatur in rebus honestis & cognitione dignis, id jure laudabitur.

Facillimè & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes viros contulerunt. Quibuscum si frequentes fuerint; opinionem afferunt, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerint ad imitandum. Ego, inquit Cicero, a patre ita eram deductus ad Scævola, ut quoadpossem & liceret, a senis latere nunquam discederem. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breviter & commode dicta memoriæ mandabam, fierique studebam ejus prudentia doctior.

Adolescenti optimum erit propter ætatis in scientiam in iis quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel usu peritos, & quid his placeat exquirere. *Cicero.*

Adolescentes nostri statim sapiunt, statim sciunt omnia: neminem verentur, imitantur neminem, atque ipsi sibi exempla sunt. Sed non adolescens bonus, cujus hæc præcipua prudentia, quod alios prudentiores arbitratur: hæc præcipua eruditio, quod discere vult. Semper ille aut de studiis aliquid, aut de officiis vitæ consulit. Semper ita recedit ut doctior aut melior fiat. *Plinius Libr: 1. Epist:*

4. Est lectio librorum necessaria: alit enim ingenium, & cogitando inveniendoque fatigatum reficit. Nec scribere tantum, nec tantum legere debemus, sed invicem hoc illo commutandum est, & alterum altero temperandum, ut quidquid lectione collectum est, prosit ad pabulum animi. Apes debemus imitari, quæ ducunt succum ex floribus ad mel faciendum idoneis, deinde disponunt per favos, quidquid attulere. Paucis libris immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere quod in animo fideliter hæreat. Alimenta corporis tunc demum in sanguinem & vires transeunt; cum sunt concocta. Idem præstemus in his, quibus alantur ingenia: con-

coquamus illa. Non refert quam multos libros habeas, sed quam bonos. Probatos libros semper lege: aliquid quotidie auxilii adversus varias animi pestes compara: & cum multa percurreris, unum excerpe, quod die illo concoquas.

Plus prodest, si pauca præcepta sapientiæ teneas, sed illa tibi in promptu & in usu sint: quam, si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ad manum. Si animum virtuti consecrasti, si semper tanquam in Publico vivis, si scias nec malum esse ullum, nisi quod turpe est, nec bonum, nisi quod honestum, & ad hanc legem ac regulam agas cuncta & exigas: si judices miserrimos, quantiscunque opibus refulgeant, Homines ventri ac libidini deditos, quorum animus inertis otio torpet. Si hæc scias & præstes, consummasti scientiam utilem atque necessariam.

5. Hoc docenti & discenti debet esse propositum, ut ille prodesse velit, hic proficere. Qui ad scholas venit, quotidie secum aliquid boni referat: aut sanior domum redeat, aut sanabilior, Aliquid peccatur vitio præcipientium, qui nos docent disputare, non vivere: aliquid etiam vitio discantium, qui ad præceptores suos afferunt propositum, non animum excolendi, sed ingenium. *Seneca*

Sumat præceptor parentis erga discipulos suos animum atque existimet succedere se in locum eorum, a quibus sibi liberi traduntur. Ipse nec habeat vitia, nec ferat. Non austeritas ejus tristis sit, non dissoluta comitas: ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto & bono sit sermo: nam quo sæpius monuerit, hoc rarius castigabit. Minime iracundus sit: nec tamen eorum, quæ emendanda erunt, dissimulator. *Quintilianus*.

6. Nullum animal morosius est, nullum majore arte tractandum, quam homo: nulli magis parcendum. Quid enim cultius, quam adversus jumenta & canes erubescere, iram exercere, hominem autem

pellima conditione esse sub homine. Morbis corporis medemur, nec irascimur: sui animo morbi sunt, qui desiderant medentem minime infestum ægro. Ille, cui aliorum credita salus & cura est, cum eorum vitiiis luctetur, & resistat. Quibusdam morbum suum exprobet, quosdam mollius curet: ad graviora remedia, ubi tantum necesse fuerit, confugiat *Seneca*.

Pudore & liberalitate liberos retinere, satius esse credo, quam metu. *Terentius*.

7. Docendi peritus tradito sibi puero, ingenium ejus naturamque perspiciat, ut quomodo tractandus sit discipuli animus, intelligat. Sunt enim quidam, nisi insisteris, remissi: quidam imperia dedignantur, quosdam continet metus, quosdam debilitat, ab aliis continuus labor aliquid extundit, in aliis plus animi impetus facit *Quintilianus*.

Diligentissime videndum est, qui instituunt alios atque erudiant, quo sua quemque natura maxime ferre videatur. Est enim ad cujusque naturam accommodanda, quantum licet, doctoris institutio. *Cicero*.

9. Cum puer publicis magistris erit tradendus; eorum imprimis mores inspicere oportebit: Itaque parentes, si non cæca & sopita eorum socordia est, magistrum eligent sanctissimum quemque: sanctitatis enim præcipua prudentibus viris cura est. Nihil ex hoc viro juvenis audiat nisi profuturum: nihil discat, quod nescisse rectius fuerit. *Plinius*.

Adolescentium indolem non tam juvant, quæ benedicta sunt, quam inficiunt quæ pessima, multoque magis, si plura fiant, quæ deteriora sunt. *Gellius*.

Publius Terentius Afer, urodzony w Kartaginis w Afryce, od Terencyusza Lukana Senatora do Rzymu sprowadzony. Sławny Poeta Łaciński, pisał Komedye, z których sześć nam się zostało. Umarł w podróży do Grecyi, około Roku 159. przed Chrystusem.

Plurimum in reliquam vitam proderit, pueros statim salubriter institui. Facile est enim animos adhuc teneros componere: difficulter reciduntur vitia, quæ nobiscum creverunt. Monendus ergo puer, ne quid cupide, ne quid improbe, ne quid impotenter faciat *Seneca*.

Adolescentia maxime a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore, & patientia tum animi tum corporis, ut ejus in bellicis & civilibus officiis vigeat industria. Itaque illi, qui Græciæ formam Rerumpublicarum dederunt; corpora juvenum firmari labore voluerunt. *Cicero*.

Longe quoque ab assentatione pueritia removenda est. Audiatur verum, exprobrentur illi perperam facta, timeat aliquando parentes, & magistros vereatur semper. Nihil per iracundiam & lachrymas exoret, quod irato & flenti negatum fuerit; offeratur quieto.

Dabimus aliquod laxamentum, desides vero esse non sinemus, & procul a contagio deliciarum retinebimus. Nihil enim magis voluptuarios & iracundos facit, quam educatio mollis & blanda. Ideo quo plus indulgetur filiis unicus, & quo plus licet pupillis, eo corruptior illis animus est. Offensas patienter ille non feret; cui nihil unquam negatum est, cui lachrymas sollicita semper mater absterfit, cui satisfactum est de pædagogogo.

9. Omnibus hominibus prodest, animum subinde relaxare. Excitatur enim otio vigor & omnis tristitia, quæ continuatione pertinacis studii adducitur, feriarum hilaritate discutitur. *Seneca*

Lusus puetis proderunt: quia pueri post lusus plus virium & acriorem animum afferunt ad discendum. Modus tamen sit remissionibus: ne aut negatæ, odium studiorum faciant; aut nimiae, otii consuetudinem afferant. *Quintilianus*.

Cum Catoni majori natus esset filius; nullis ne-

gotiis nisi publicis impediatur, quominus adesset
 matri infantem abluenti & fasciis involventi. Illa
 proprio lacte filium alebat. Ubi aliquid intelligere
 potuit puer; eum pater ipse in literis instituit, Ne-
 que modo docuit jaculari, armis depugnare, sed eti-
 am pugilatu decertare, calorem & frigus tolerare,
 fluminum vortices nando superare. Conscriptit illi
 manu sua, grandibus literis, ut etiam in paterna
 domo nota haberet veterum instituta atque exem-
 pla. Quidquam turpe loqui cavit non minus filio
 præsente, quam sacris virginibus Vestalibus. *Plu-
 tarchus.*

Cum adolescentes relaxare animos & dare se ju-
 cunditati volent; caveant intemperantiam, memi-
 nerint verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest,
 nihil honestum; Quod erit facilius, si in ejusmodi
 quidem rebus majores natu interesse velint, ipsa
 quippe seniorum, sicut & magistrorum præsentia,
 verum pudorem & liberalem timorem animis solet
 infundere. *Cicero.*

*O Powinnościach wzajemnych między fugą
 i panem.*

I. Exercendum est corpus & ita afficiendum, ut
 obedire rationi possit in exequendis negotiis & in
 labore tolerando. *Cicero.*

Servi boni, qui domino clementi & benigno usi
 fuerant, pro domino parati sunt periculum ei im-
 minens in se ipsos avertere. *Seneca.*

C. Plotius Plancus a Triumviris Antonio, Le-
 pido & Octavio proscripius latebat. Ab iis, qui
 latentem quærebant, comprehensi servi ejus, mul-
 tum ac diu torti negabant se scire, ubi dominus
 esset. Non sustinuit Plancus tam fidelis, tamque
 boni exempli servos alterius cruciari, sed processit
 in medium. Hoc mutuæ benevolentiae inter servos
 & dominum certamen facit, ut dignus videatur
 fuisse dominus, qui tam constantem servorum fidem

experiretur, & digni servi, qui tam iusti domini misericordia. a quaestionis saevitia liberarentur. *Valerius.*

2. Quantum est ei non nocere, cui debeas etiam prodesse! Parva laus est, si homo mansuetus homini est, si naufrago manum porrigit, erranti viam monstrat, cum esuriente panem suum dividit. Membra fumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit: ex illius constitutione miserius est nocere, quam laedi. *Seneca.*

Facillime ad res injustas impellitur, quisquis est animo principatus nimis cupido. Nihil vere honestum esse potest, quod iustitia yacat.

Meminerimus & adversus infimos iustitiam esse servandam. Est autem infima conditio & fortuna servorum, quibus uti debemus ut mercenariis, ita ut opera exigatur, iusta solventur. *Cicero.*

3. Servis imperare moderate, laus est, & in mancipio tibi cogitandum est, non quantum illud impune pati possit, sed quantum tibi permittit aequitas. Eiusdem naturae est, cuius tu. Proverbium jactatur: *nobis totidem esse hostes, quot servos.* Ipsi eos hostes facimus, cum obliiti homines esse, tanquam jumentis abutimur. Sic cum inferiore vivas, quemadmodum velles vivere superiorem. *Seneca.*

Vacandum est omni perturbatione animi, tum cupiditate, tum etiam aegritudine & iracundia. Prohibenda maxime est ira in puniendo: nunquam enim, iratus qui accedet ad poenam de aliquo sumendam, mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimiam & parum. *Cicero.*

Non expedit omnia videre, omnia audire. Injuriarum plerasque non accipit, qui nescit. Non vis esse iracundus; ne sis curiosus nimium. Qui inquirat, quid in se dictum sit? se ipse inquietat. Alia negligenda, alia deridenda, alia donanda. *Seneca.*

Exstat Ciceronis Epistola, quae declarat ejus sol

To
licitudinem de valetudine Tironis feryi, quem Patris in Achaja ægrum reliquerat. Paulo facilius posse me ferre desiderium tui putavi; sed plane non fero. Tu hoc tibi persuade, nihil me malle, quam te esse mecum: at si intelligis opus esse te Patris convalescendi causa, paulum commorari: existima nihil me malle, quam te valere. Illud, mi Tiro te rogo, sumptui ne parcas ulla in re, qua ad valetudinem opus sit. Varroni, quem amantissimum mei cognovi, diligentissime te commendavi. Festinare te nolo. Nihil labores nisi ut salvus sis. Quanquam te videre toto animo cupio; tamen te penitus rogo, ne te nisi bene firmum committas per hyemem, tam longæ navigationi & viæ. Cura igitur te & confirma: & cum commode par valetudinem navigare poteris; ad nos amantissimos tui veni.

Ego vero, inquit Plutarchus, ne bovem quidem operarium velim domo abigere ob senium, & pecuniola aliqua venundare, nedum hominem. Exercenda enim mansuetudine erga bruta animantia affuefacere nos debemus benignitati in homines, quæ latius certe patet, quam constituta legibus justitia.

BAYKI z FEDRA.

z *Księgi Drugiej.*

Prologus.

Exemplis continetur Aesopi silus:
Nec aliud quidquam per fabellas quæritur;

Silus Inſze, wydania Fedra mają: *genus: silus*, tu znaczy piſania ſpolob, rodzaj, właſność, którą má jaki Piſarz, albo która jeſt przywiązana do gatunku piſm: i tak inſzy jeſt ſyl Cyncerona, inſzy Seneki &c, inſzy Kraſſemowſki, inſzy Wier-

Quam corrigatur error ut mortalium,
 Acuat quo se se diligens industria,
 Quodcunque fuerit ergo narrandi genus.
 Dum capiat aurem & fervet propositum suum;
 Re commendatur, non auctoris nomine.
 Equidem omni cura morem servabo senis.
 Sed, si libuerit aliquid interponere.
 Dictorum sensus ut delectet varietas;
 Bonas in partes lector accipias velim
 Sic istam tibi rependat brevitatis gratiam,
 Cujus verbosa ne sit commendatio;
 Attende, cur negare cupidus debeas.
 Modestis etiam offerre, quod non petierint.

Aesopus & petulans, z Księgi III.

Succensus ad perniciem multos evocat.
 Aesopo quidam petulans lapidem impegerat:
 Tanto, inquit, melior! assem deinde illi dedit,
 Sic prosequitur: plus non habeo, me hercule,
 Sed unde accipere possis, monstrabo tibi.

Izopilski. To słowo *stilus* jest z Greckiego: znaczenie jego rozmaite. Znaczy naprzód słup śpiczasty. 2. Łodyga. 5. Narzędzie do pisania dawnego na tablicach woskowanych. Tego Instrumentu jeden koniec był ostry, do wyrządzenia głosek, drugi gładki do ichże zgluzowania, czyli zglądzenia wosku, aby inne zapisane być mogły. 4. Stąd to Imię przeniesione jest do znaczenia sposobu, toku słów i sensów, rodzaju pisania. Bierze się czasem i za samo ćwiczenie, albo, jak zowią uczący się, komponowanie mów, i tym podobnych rzeczy.

Capiat aurem Zjednać sobie słuchacza przyjemnością mowy, jak się też mówi, *capere oculos* podobać się oczom.

Senis, Fedr w bajkach Ezopa zowie *senex* bądź przeto, że on względem niego był dawnym; bądź że był mądrym i porządnym, jak starzec być powinien.

Commendatio. Zelecenie, pochwała, jaka bywa pospolicie książek w ich przedmowach.

Modestis, modestus. Mówi się powszechnie o człowieku pomiarowym i skromnym, od słowa *modus*: miara.

Tanto inquit melior. Toś mi lepszy.

Me hercule, Maż o tym wyżey pod bajką z. Wiersz 120

Venit ecce dives & potens: huic similiter,
 Impinge lapidem, & dignam accipies præmium.
 Persuasus ille fecit, quod monitus fuit,
 Sed spes fefellit imprudentem audaciam,
 Comprensus namque pœnas persolvit cruce.

Socratis dictum.

Vulgare amici nomen, sed rara est fides.
 Quum parvas ædes sibi fundasset Socrates,
 (Cujus non fugio mortem, si famam adsequar,
 Et cedo invidiæ dummodo absolvar cinis)
 E populo sic nescio quis, ut fieri solet:
 Quæso, tam augustam talis vir ponis domum?
 Utinam, inquit, veris hanc amicis impleam.

Pavo ad Junonem.

Pavo ad Junonem venit, indigne ferens,
 Cantus lusciniæ, quod sibi non tribuerit,
 Illam esse cunctis avibus admirabilem,
 Se derideri, simul ac vocem emisserit.

Imprudentem audaciam. Nie właściwy sposób mówienia (*tropus*) zamiast co miał mówić *hominem imprudentem & audacem*; zowie się ten sposób przemiany słów *metonymia* kładąc właściwość i rzeczy jakiej przymiot, za samą rzecz.

Socrates, Filozof Ateński jeden z najsławniejszych ludzi, urodził się na lat przed narodzeniem Chrystusa 469 miał wielu nieprzyjaciół, od tych obwiniony o bezbożność, przeto, że przyganiał wielości Bogów, skazany był sądem Areopagu, aby wypił truciznę: co on twarzą niezalnuconą uczynił. Ateńcykowie żalując go, wystawili mu posąg miedziany.

Dummodo absolvar cinis. Bylebym usprawiedliwiony był zostawszy popiołem, to jest po śmierci. Wyrażenie ładne, które poszło z owego starożytnego zwyczaju, iż ciało zmarłych palono dla zachowania popiołów; nie palono jednak ciał dzieci, które jeszcze nie miały zębów.

Utinam inquit. Tenże Sokrates powiedział; nie masz lepszego dziedzictwa, nad prawdziwego przyjaciela.

Pavo. O tym ptaku bieżeczna historia to podaje: Argus stooczny wierny sługa Junony w postrzeżaniu spraw Jowisza jej męża, zabity od Merkuryusza, od Junony w Pawia zapamiętany, i w opiekę jej przyjęty.

Tunc consolandi gratia dixit Dea:
 Sed forma vincis, vincis magnitudine,
 Nitor smaragdi collo præfulget tuo,
 Pictisque plumis gemmeam caudam explicas.
 Quò mi, inquit, muta species, si vincor sono?
 Fatorum arbitrio partes sunt vobis datæ,
 Tibi forma, vires aquilæ, lusciniæ melos,
 Augurium corvo, laeva cornici omina.
 Omnesque propriis sunt contentæ dotibus,
 Noli affectare quod tibi non est datum:
 Delusa ne spes ad quærelam recidat.

Naufragium Simonidis z Ksiegci IV.

Homo doctus in se semper divitias habet.
 Simonides, qui scripsit egregium melos,
 Quo paupertatem sustineret facilius.
 Circumire cœpit urbes Asiæ nobiles,
 Mercede pacta laudem victorum canens
 Hoc genere quæstus, postquam locuples factus est

Gemmeus. Z drogich kamieni, *gemma* kamień drogi osobliwie przezroczyſty. *Nego ullam gemmam aut margaritam fuisse quin abstulerit.* Mówię że żadnego kamienia drogiego, żadney perły nie było, którychby nie zabrał.

Quò mi. To jest: *quid prodest mihi*, na co mi się zda?

Fatorum, Fatum. Rząd naywyższy losów miany od Poga za Bóstwo zrodzone z piérwſzey oney mieszaniny rzeczy wſzyſkich, *chaos*. Malują to Bóstwo, pod nogami mając okrąg ſwiata, a w ręku ſkrzynkę z losami ludzi i Bogów: *Fatum* miané jest za nieodmienné i nieublagane.

Simonides. Poeta Grecki, kwitnął on R. 430. przed narodzeniem Chrystusa. Kochał go Hieron panujący w Syrakuzach, mało co z jego piſm nam się dostało.

Melos. Śpiéwanie, piéśń: chociaź to ſłowo znaczy wſzyſkie rodzaje wierſzów, ſzczególniéj jednak ſłuży do wyrażenia Liryków, że te wierſze jedynie do śpiéwania były. O tych Nauczyciel z nauki poetyczney powie, że potrzeba wyoiaga, i pojętność Uczniów pozwala.

Laudem victorum. W wielu Miastach Grecyi i Azyi odprawiano igrzyska, na których wygraającym w nagrodę pochwały śpiéwano.



Redire in patriam voluit cursu pelagio,
 Erat autem, ut ajunt, natus in Cea insula,
 Ascendit navem, quam tempestas horrida,
 Hi zonas, illi res pretiosas colligunt
 Subsidium vitæ: quidam curiosi.
 Simonides, tu ex opibus nihil fumis tuis?
 Mecum, inquit, mea sunt cuncta: Tunc pauci enatant.
 Quia plures onere degravati perierant.
 Prædones adfunt, rapiunt, quod quique extulit.
 Antiqua fuit urbs, quam petierunt neufragi.
 Hic literarum studio quidam deditus,
 Simonidis qui sæpe versus legerat.
 Eratque absentis admirator maximus.
 Sermone ab ipso cognitum cupidissime
 Ad se recepit: Veste, nummis, familia
 Hominem exornavit Cæteri tabulam suam,
 Portant rogantes victum: quos casu obvius,
 Simonides ut vidit: Dixi, inquit, mea
 Mecum esse cuncta, vos quod rapuistis, perit,
Homo & Asinus z Xiegi V.
 Quidam immolasset verrem quum sancto Herculi
 Cui pro salute votum debebat sua;
 Afello jussit reliquias poni hordei,
 Quas aspernatus ille, sic locutus est:
 Libenter istum prorsus appeterem cibum,

Cursu pelagio, Bięgiem morskim: sposób mówienia Poetycki, zamiast morzem.

Cæteri tabulam. Był zwyczaj iż ci, którzy z rozbicia się na morzu wyszli, na ramionach nosili tablicę z odmalowaniem swoiego nieszczęścia, tém pobudzając do litości i ismużny. Obraz ten na którym ich nieszczęście odmalowane bywało, oddawali czasę do Kościołów, poświęcając go Bożkowi, któremu mniemali, iż byli wionni swoje wybawienie.

Mecum esse. Każde dobro które wewnętrzne nie jest, tyśiąc ma przypadków na swoje zgubę: cnota i nauka, dobra wewnętrzne, któremi z ostatniego nieszczęścia można się podzwignąć, zawsze są z nami.

Nisi qui nutritus illo est, iugalatus foret.
 Hujus respectu fabulæ deterritus
 Periculosum semper vitavi lucrum.
 Sed dices, qui rapuere, divitias habent.
 Numeremus agetum, qui deprensî perierint,
 Maiorem turbam punitorum reperies.
 Paucis aviditas est bono, multis malo.

W Y P I S Y
 DO HISTORYI NATURALNEY
 O Ptaſtwie Domowém.

O KURACH
 z Xiegi VIII. z Kolumelli.

rius igitur de his præcipiam, quæ intra septa villæ
 pascentur, ac de aliis quidem forſitan ambigitur, an
 sint agrestibus possidenda: gallinarum vero plerum-
 que agricolæ cura solennis est. Earum genera sunt
 vel cohortalium, vel rusticarum, vel Africanarum.
 Cohortalis est avis, quæ vulgo per omnes fere villas
 conspicitur: rustica, quæ non dissimilis villaticæ per
 aucupem decipitur: eaque plurima est in insula, quam
 nautæ in Ligustico mari sitam producto nomine
 Galinariam vocitaverunt: Africana est quam

B.

Iugalatus. Naywłaściwiéy znaczy śmierć rznieniem gardła, lub
 rznieniem zadana: bierze się iednak za każdy zabicia sposób.

Hujus respectu. Zapatrzylszy się na tę bajkę &c. Kładzie
 uwagę obyczajową wychodzącą na owo przyſlowie Polskie. *Sę-
 iedzka twoga, twoja przestroga.*

Rustica gallina. Jest w saméy rzeczy Iarząbek.

Africana. Afrykańskie kury są pióra niby mało wanego w

plerique Numidicam dicunt. Meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam, & cristam capite gerit, quæ utraque sunt in Meleagride oerulea. Sed ex his tribus generibus, cohortales foeminæ proprie appellantur gallinæ, mâres autem galli ... Parandi modus est ducentorum capitum, quæ pastoris unius curam distendant: dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum, ac insidiosorum animalium diripiantur. Mercari poro nisi faecundissimas aves non expedit, Eae sint rubicundæ vel fuscæ plumæ nigrisque pennis: ac si fieri poterit, omnes hujus, & ad hoc proximi coloris eligantur: sin aliter, evitentur albæ, quæ fere cum sint molles ac minus vivaces, tum ne foecundæ quidem facile reperiuntur: atque etiam conspicuæ, propterque insigne candoris ab accipitribus & aquilis sæpius abripiuntur. Sint ergo matricæ probi coloris, (robusti corporis) quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus, & sub hac specie quam amplissimæ, nec paribus unguis: generosissimæque creduntur, quæ quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria: nam quæ hoc virile gerit insigne, raro foecunda, etiam cum incubat, calcis aculeis ova perfringit. In Gallinaceis maribus sicut in foeminis idem color, idemque numerus unguium, status altior quaeritur: sublimes, sanguineaeque, nec obliquæ cristæ: ravidis vel nigrantibus oculis: brevibus &

białe i czarne oetki. Dawne i nowe iéy nazwiska są kury Afrykańskie, Numidyyskie, z Barbaryi z Tunis, Gwineyskie, Egipskie, Neurytańskie, Pharaonowe. Té są kury podobne do kur swojskich, wyiswższy, iż ogony nakształt kuropatw pochyłone mają.

Meleagris. Cudzoziemska kura podobna do Afrykańskiéy prócz różnicy w Kolumelli wytkniéty. Niektóрым się zdało, iż to jest Indyk: lecz bardzo wątpliwa, czy u dawnych Rzymian znane były Indyki.

adunca rostra: maximæ candidissimæque aures: paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ herbæ dependent: jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ, per colla cervicisque in humeros diffusæ: tum lata & musculosa pectora, lacertosæque, similes brachiis alæ, tum procerissimæ caudæ, duplici ordine singulis utrinque prominentibus pinnis inflexæ: quin etiam vasta femina, & frequenter horrentibus plumis hirta: robusta crura, nec longa, sed infestis velut subdibus nocenter armata: Mores autem quamvis non ad pugnam, neque ad victoriæ laudem præparentur, maxime tamen generosi probantur, ut sint elati, alacres, vigilaces, & ad sæpius canendum prompti, nec qui facile terreantur: nam interdum resistere debent, & protegere gregem: quin attollentem minas serpentem, vel aliud noxium animal interficere.

Ovorum quoque longioris temporis custodia non aliena est huic curæ: quæ commode servantur per hiemem, si paleis obruas æstate, vel furfuribus. Quidam pirus trito sale sex horis adoperiunt, deinde eluunt atque ita paleis aut furfuribus obruunt: nonnulli solida, multi etiam fresa faba coagulant, alii salibus integris adoperiunt, alii muria tepesacta ducunt. Sed omnis sal quemadmodum non patitur putrescere, ita minuit ova, nec sinit plena permanere; quæ res eminentem deterret. Itaque ne in muriam quidem qui dimittunt, integritatem ovorum conservant.

O *Goiëbiach*

Hac eadem ratione palumbos columbosque cellares pinguissimos facere contingit: neque est tamen in columbis faciendis tantus reditus, quantus in educandis. Nam etiam horum possessio non abhorret a cura boni rustici, sed id genus minore tutela pascitur longinquis regionibus, ubi liber egressus avibus permittitur; quoniam vel summis turribus,

vel editissimis ædificiis assignatas sedes frequentant patentibus fenestris, per quas ad requirendos cibos evolitant. Duobus tamen aut tribus mensibus acceptant condititia cibaria, cæteris se ipsas pascunt feminibus agrestibus. Commodissima cibaria putantur, vicia, vel ericum, tum etiam lenticula, miliumque, & lolium, nec minus excreta tritici, & si qua sunt alia legumina, quibus etiam gallinæ aluntur. Locus autem subinde converri; & emundari debet: nam quanto est cultior, tanto lætior avis conspicitur. . . Seligendæ vero sunt ad educationem neque vetulæ, nec nimium novellæ; sed corporis maximi. . . Plumæ color non semper, nec omnibus idem probatus est: atque ideo qui sit optimus, non facile dictu est. Albus, qui ubique vulgo conspicitur a quibusdam non nimium laudatur: nec tamen vitari debet in iis, quæ clauso continentur: nam in vagis maxime est improbandus, quod eum facillime speculatur accipiter.

O *Gestach*

Venio nunc ad eas aves quas Græci vocant *amphibia*, quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoque desiderant pabula, nec magis humo quam stagno consueverunt: ejusque generis anser præcipue rusticis gratus est, quod nec maximam curam posci, & solertiolem custodiam præbet, quam canis: nam clangore prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradidit in obsidione Capitolii, cum adventu Gal-

Locus autem everri. Wszędzie Kolummella zaleca wielkie ochędstwo tak około bydła iako około ptastwa. Nauka ta od wielu gospodarzów zaniedbana, i leniwość ich okazuje, i wielu szkód jest przyczyną: gdyż nieochędstwo rozliczne choroby iako ludzi tak i bydła przynosi.

Amphibia. Greckie słowo znaczy wodne, ziemne zwierzęta.

In obsidione Capitolii. Wiadomy jest przypadek w Historji Rzymickiej; obudzenie straży przez gęsi pod czas nocnego oblężenia Zamku od Gallów,

lorum vociferatus est, canibus silentibus. Is autem non ubique haberi potest, ut existimat verissime Celsus, qui sic ait: Anser neque sine aqua, nec sine multa herba facile sustinetur, neque utilis est locis consitis, quia quidquid tenerum contingere potest, carpit. Sicuti vero flumen aut lacus est, herbæque copia, nec minus juxta satæ fruges id quoque genus nutriendum est: quod etiam nos facere censemus, non quia magni sit fructus, sed quia minimi oneris. Attamen præstat ex se pullos atque plumam, quam non, ut in ovibus lanam, semel demetere sed bis anno, vere et autumno, vellere licet. Atque ob has quidem causas, si permittit locorum conditio, vel paucas utique oportet educare. . . Curandum est, ut mares foeminæque quam amplissimi corporis & albi coloris eligantur: nam est aliud genus varium, quod a fero mitigatum domesticum factum est. Id neque æque foecundum est, nec tam pretiosum: propter quod minime nutriendum est.

O Zwierzynku i Zwierzynie, z Księgi IX.

Feræ pecudes, ut capreoli, damæque, nec minus orygam cervorumque genera & aprorum, modo lautitiis & voluptatibus dominorum serviunt, modo questui ac redditibus. Sed qui venationem voluptati iuæ claudunt, contenti sunt, utcumque competit proximus ædificio loci situs munire vivarium, semperque de manu cibos, & aquam præbere qui vero questum redditumque desiderant, cum est vicinum villæ nemus (id enim refert non procul esse ab oculis domini) sine cunctatione prædictis animalibus destinant. . . Nec vero patiendus est orix, aut aper, aliuvæ quis ferus, ultra quadrimum senescere: nam usque in hoc tempus capiunt incrementa, postea macescunt senectute: Quare, dum viridis ætas pulchritudinem corporis conservat, ære mutandi sunt. Cervus autem compluribus annis sustineri potest: nam diu juvenis possidetur, quod ævi lon-

gioris vitam fortitus est. De minoris autem incrementi animalibus, qualis est lepus, hæc præcipimus, ut in iis vivariis, quæ materia munita sunt, farraginis, & olerum feræ intubi lactucæque semina parvulis areolis per diversa spatia factis iniiciantur, itemque Punicum cicer, vel hoc vernaculum, nec minus ordeum, & cicercula condita ex horreo promantur, & aqua cælesti macerata obiciantur, nam sicca non nimis ab lepusculis appetuntur.

O Pszczolach.

Venio nunc ad alveorum curam, de quibus neque diligentius quidquam præcipi potest, quam ab Hygino jam dictum est, nec ornatius quam Virgilio, nec elegantius quam Celso. Hyginus veterum auctorum placita secretis dispersa monumentis industrie collegit: Virgilius poeticis floribus illuminavit: Celsus utriusque memorati adhibuit modum. Peripateticæ sectæ conditor Aristoteles in iis libris, quos de animalibus conscripsit, apum sive examenum

Hygino. Hyginus z Hiszpanii albo raczëy z Alexandyi rodëm, Augusta Cesarza wyzwoleniec, Owidiusza poufaly, nad-Palatyną Biblioteką przelożony, między wielą kliegami, które zatracone są, pisal kliegę drugą o Rolnictwie, gdzie także mówi o pszczolach.

Virgilius. O Wugiliuszu masz w Wypisach na Klasseę poprzedzającą

Celsus O Celsie tamże.

Peripatetica secta Auctor Aristoteles. Dawni Grecy Filozofowie sławą mądrości znakomiti ściągali do siebie Uczniów różnego stanu i wieku. Ci, którzy szli za nauką jakięgo Mistrza, którzy zdanię jego przyymowali i utrzymywali za swoje, zwali się szkolą lub sekta jego. Tak od Pytagory *schola* lub *secta Pythagorica*, od Platona *schola Platonica*, nazwiska swoje braly. Czasem od mięysca, gdzie się na sluchante Filozofa zgromadzali, czasem od innëy okolicznosci innë sekty przychodzilo. *Peripatetica secta* mająca za głowę Arystotelesa, tak nazwaną byla od chodzenia, co Greckie slowo oznacza, przeto, iż Filozof ten nauki swoje przechodząc się dawal.

genera complura demonstrat, earumque alias vastas, sed glomerofas, easdemque nigras & hirsutas apes habent: alias minores quidem sed æque rotundas, & infusci coloris, horridique pili: alias magis exiguas, nec tam rotundas, sed obefas tamen, & latas, coloris meliusculi: nonnullas minimas, gracilesque, & acuti alvei, ex aureolo varias atque leves; ejuisque auctoritatem sequens Virgilius, maxime probat parvulas, oblongas, leves, nitidas. . . *Ardentes auro & paribus lita corpora guttis*, moribus etiam placidis. Nam quanto grandior apis, atque etiam rotundior; tanto pejor. Si vero sænior, maxime pessima est, sed tamen iracundia notæ melioris apum facile delinitur assiduo interventu eorum, qui curant alveria. Nam cum sæpius tractantur, celerius mansuescunt durantque si diligenter excultæ sunt, in annos decem, nec ullum examen hanc ætatem potest excedere, quamvis in demortuarum locum quotannis pullos substituunt; nam fere decimo ab intermissione anno gens universa totius alvei consumitur. Itaque ne hoc in toto apiario fiat, semper propaganda erit soboles, observandumque vere cum se nova profundent examina, ut excipiantur, & domiciliorum numerus augeatur. Nam sæpe morbis intercipiuntur, quibus quemadmodum mederi oportet, suo loco dicetur.

Igitur ordinatis sedibus, alvearia fabricanda sunt pro conditione regionis, sive ille ferax est suberis, haud dubitanter utilissimas alvos faciemus ex corticibus, quia nec hieme rigent, nec candent æstate: sive ferulis exuberat, iis quoque, cum sint naturæ corticis similes, æque commode vasa texuntur. Si neutrum aderit, opere textorio salsibus connectuntur: vel si nec hæc suppetent; ligno cavatæ arboris, aut in tabulas defectæ fabricabuntur. Deterrima est conditio fictilium, quæ & accenduntur æstatis vaporibus, & gelantur hyemis frigoribus. Reliqua

sunt alveorum genera duo, ut vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur: quorum alterum jure damnavit Celsus, quoniam maxime est ignibus obnoxium; alterum probavit, quamvis incommodum ejus præcipuum non diffimulaverit; quod, si res possulet, transferri non possit. Itaque non assentior ei, qui putat nihilo minus ejus generis habendas esse alveos: neque enim solum id repugnat rationibus domini quod immobiles sint, cum vendere, aut alios agros instruere velit; (hoc enim commodum pertinet ad utilitatem solius patrisfamilias) sed quod ipsarum apium causa fieri debet; cum aut morbo, aut sterilitate, aut penuria locorum vexatas conveniat in aliam regionem mitti, nec propter prædictam causam moveri poterant; hoc maxime vitandum est. . . Semper quidem custos sedule circumire debet alvearia: neque enim ullum tempus est, quo non curam desiderent, sed eam postulant diligentiore, cum vernant & exundant novis foetibus, qui nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt, diffugiunt. Quippe talis est apium natura, ut pariter quæque plebs generetur cum regibus, qui ubi evolandi vires adepti sunt, consortia dedignantur vetustiorum multoque magis imperia: quippe cum rationabili generi mortalium, tum magis egentibus consilii mutis animalibus, nulla sit regni societas. Itaque novi duces procedunt, cum sua juventute, quæ uno aut altero die in ipso domicili vestibulo glomerata consistens, egressu suo propriæ desiderium sedis ostendit, eaque velut patria contenta est, si a procuratore protinus assignetur: sin autem defuit custos; velut injuria repulsa, peregrinam regionem petit. . . Maxime observari debet, quæ istud faciunt, ut sive ad pugnam eruperint, (nam inter se tanquam civilibus belli, & cum alteris, quasi cum exteris gentibus præliantur) sive fugæ causa se proripuerint, prælio sit ad utrunque casum paratus custos.

Pugna quidem vel unius inter se dissidentis, vel duorum examinum discordantium facile compescitur, nam ut idem ait, *Pulveris exigui jactu compressa quiescit*, aut mullis, passove aut alio quovis liquore simili resperso videlicet familiari dulcedine saevientium iras mitigante; nam eadem mire etiam dissidentes reges conciliant: sunt enim saepe plures unius populi duces, & quasi procerum seditione plebs in partes diducitur: quod frequenter fieri prohibendum est, quoniam intestino bello totae gentes consumuntur. Itaque si constat principibus gratia, manet pax incruenta: sin autem saepius acie dimicantes notaveris, duces seditionum interficere curabis. Dimicantium vero praelia praedictis remediis sedantur, ac deinde cum agmen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo confederit; animadvertito, an totum examen in speciem unius uvæ dependeat; idque signum erit aut unum regem inesse, aut certe plures bona fide reconciliatos: quos sic patieris, dum in suum revolent domicilium: sin autem duobus, aut etiam compluribus velut uberibus deductum fuerit examen; ne dubitaveris & plures proceres, & adhuc iratos esse. Atque in iis partibus, quibus maxime videris apes glomerari, requirere duces debebis: itaque sacco praedictorum herbarum, id est melissophylli, vel apiastri manu illita, ne ad tactum diffugiant, leviter inferes digitos & diductas apes scrutaberis, donec auctorem pugnae, quem elidere debes, reperias.

Sunt autem ii reges majores paulo & oblongi magis quam ceteræ apes rectoribus cruribus, sed minus amplis pinnis, pulchri coloris & nitidi, levesque, ac sine pilo, sine spiculo, nisi quis forte ple-

Sine Spiculo. Ostrzeże tu Nauczyciel, iż niedostatek uważania i doświadczenia dziełow natury w dawnych uczonych, a niewiadomość chociaż w poczynionych obserwacyach w polpitości każdego wieku, przyczyną są powłzechnego a błędnego

nibrem quasi capillum, quem in ventre gerunt, aculeum putet, quo & ipso tamen ad nocendum non utuntur. Quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur, quorum pro habitu damnabis ingenium. *Namque duæ regum facies, duo corpora gentis: Alter erit maculis auro squallentibus ardens, et rutilis clarus squammis insignis & ore.* Atque hic maxime probatur, qui est melior: nam deterior foetido sputo similis tam foedus est, quam pulvere ab alto cum venit & sicco terram sputat ore viator. Et ut idem ait, *Desidia latamque trahens inglorius alvum.* Omnes igitur duces notæ deterioris dedit neci, melior vacua, sine, regnet in aula. Qui tamen & ipse spoliandus est alias, ubi sæpius cum examine suo conatur eruptione facta profugere, nam velut quadam compede retinebimus erronem ducem detractis alis: qui fugæ destitutis præsidio finem regni non audet excedere, propter quod ne ditionis quidem suæ populo permittit longius evagari.

Mox vero transacto sequitur, (ut dixi) mellis vindemia, propter quam totius anni labor exercetur. Ejus maturitas intelligitur, cum animadvertimus fucos ab apibus expelli, ac fugari: quod est genus amplioris incrementi simillimum apibus, & ut ait Virgilius, *ignavum (fucos) pecus, & sine industria favis assidens.* Nam neque alimenta congerit, & ab alijs invecata consumit. Verumtamen ad procreationem sobolis conferre aliquid hi fuci videntur... Hos quidam præcipiunt in totum exterminari oportere: quod ego, Magou consentiens faciendum non cen-

mniamania: jakoby matki pszczoł żądła niemialy. Powie różnicę żądła matek od żądła inaych pszczoł, iż te proste są, matek zakrzywione; rzadko rani żądłem matka, chyba mocno rozgniewana i w boju z inną matką. Przyda uwagę, iż przyzwocięcy my zowiemy matką pszczoł, co Grecy i Łacinnicy królem zwali. Bo ta pszczoła samica jest, i inize z nię się rodzą.

leo, verum sævitie modum adhibendum. Nam nec ad occidionem gens interimenda est, ne apes inertia laborent, quæ cum fuci aliquam partem cibariorum absumunt, faciendo damna, sunt agiliores. Nec rursus multitudinem prædonum coalescere patientum est, ne universas opes alienas diripiant. Ergo cum rixam fucorum & apium sæpius committi videris; adapertas alveos inspicias, ut sive semipleni favi sint, differantur: sive jam liquore completi, & superpositis ceris tanquam operculis obliterati, demittantur. Dies vero castrandi fere matutinus occupandus est: neque enim convenit æstu medio exasperatas apes lacefliri.

Z. KORNELIUSZA NEPOSA

Zycia wybrané Wodzów Greckich.

THEMISTOCLES.

Themistocles Neocli Filius Atheniensis. Hujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis sunt emendata

Castro. Podbiéram miód.

Korneliusz Nepos urodził się we wsi *Hostilia* nazwanéy, nie daleko Werony, w Państwie dziś do Rzeczypospolitéy Weneckiéy należącém. Innéy o jego życiu wiadomości starożytność nam niezośtawiła, jak tylko że żył za czasów Julijusza Cezara i Augusta, że był w przyjaźni z Cyceronem: czégo świadkiem są listy wzajemnie do siebie pisane, i z Pomponijuszem Attykiem, na którego prozbę pisał życie Katona.

Wiele Korneliusz Nepos pism wydał; że o Greckich Autorach pisał, sam wyznaje w życiu Dyona. Od Swetoniusza wiemy, że pisał życie Terencyusza. Gelliusz zaś wspomina o książce życia Cycerona. Do naszych czasów niedoszło, jak tylko dzieło *de excellentibus viris*, które świadkiem jest wieku Augusta. Autor bez zbytku używa ozdób stylu naturalnego, tak, że nawet pospolite rzeczy pięknými czyni. To

virtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio est ordiendum. Pater ejus Neocles generosus fuit. Is uxorem Acaarnanam civem duxit, ex qua natus est Themistocles. Qui cum minus esset probatus parentibus, quod & liberius vivebat, & rem familiarem negligebat, a patre exhæredatus est. Quæ contumelia non fregit eum sed erexit. Nam cum judicasset, sine summa industria non posse eam extinguere; totum se dedit Reipublicæ, diligentius amicis, famæque ferviens. Multum in judiciis privatis versabatur, sæpe in concionem populi prodibat, nulla res major sine illo gerebatur, celeriterque quæ opus erant reperiebat, facile eadem oratione explicabat. Neque minus in rebus gerendis promptus, quam excogitandis erat: quod & *de instantibus* (ut ait Thucydides) *verissime judicabat, & de futuris callidissime conjiciebat.* Quo factum est, ut brevi tempore illustraretur.

Primus autem gradus fuit capeffendæ Reipublicæ

jego dzieło przez czas nie mały było pod imieniem *Emilii probi*, podobno dla tego, że on te życia przepisywał według zwyczaju, kiedy jeszcze drukarni nie znano. Umarł Kornelijusz Nepos za czasów Augusta.

Wiele jest edycji jego dzieła. Najlepsze *ad usum Delphini*, i *Georgii Gaspari Kirchmayeri Vitembergæ* 1665. Także Lambini in quarto. Coustelier Roku 1745, wydał dzieło Kornelijusza Neposa z kopersztychami wżytých wodzów, o których on pisał.

Hujus vitæ &c. Tak rzadko bywa, ażeby się kto powściągnął od złych nałogów, do których się z młodości przyzwyczaił; iż ledwie nie samego tylko Themistoklesa stawic można za przykład. Przyzwyczajenie się albowiem, od młodości lat, kształci człeka temperament, skłonności, i samę prawie naturę, tak dalece, że pospolicie nazywamy, naturalnie niecierpliwy, kłani-ca, mściwy &c. jeżeli w to z dzieciństwa się wezwyczai.

Thucydides Historyk Grecki pisał o wojnie Peloponezkiej, między Rzeczpospolitą Ateńską i Spartaną.

bello Æginetico, ad quod gerendum Prætor a populo factus, non solum præsentī bello, sed etiam reliquo tempore ferociorem reddidit civitatem. Nam cum pecunia publica, quæ ex metallis redibat largitione Magistratuū quotannis interiret; ille persuasit populo, ut ea pecunia classis centum navium ædificaretur. Qua celeriter effecta primum Æginetas fregit, deinde maritimos prædones confectando tutum mare reddidit, in quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritissimos belli navalis fecit Athenienses. Id quantæ salutis fuit universæ Græciæ, bello cognitum est Persico. Nam cum Xerxes & mari & terra, bellum universæ inferret Europæ; cum tantis eam copiis invasit, quantas neque antea, neque postea habuit quisquam. Hujus enim classis mille & ducentarum navium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu cum fama in Græciam esset perlata, & maxime Athenienses peti dicerentur propter pugnam Marathoniam: miserunt Delphos consultum, quid nam facerent de rebus suis. Deliberantibus, Pythia respondit, *ut moenibus ligneis se munirent.*

Æginetico bello. Woyny Egipskiéy początek ślad. W czasie nieurodzatów ziemskich Epidaurowie byli nauczeni przez wieszczkę, ażeby z oliwnego drzewa wystawili posągi *Damias* & *Auxezias*. Epidaurowie oliwnego drzewa dostali u Ateńczyków, odowiązawszy się im za to roczny dawać pobatek. Egipczykowie cichym sposobem té posągi do siebie przyprowadzili. Epidaurowie upominających się Ateńczyków o podatek, odśiali do Egipczyków: i ślad wojny.

Centum navium. Nie trzeba się zadziwiać nad wielką liczbą żołnierza, lub okrętów, bo ta exegeracya zwyczajna jest dawnym Historykom.

Pugnam Marathoniam. Nie daleko tego miéysca liczne wojsko Perskie zbite od Milcyadesa Wodza Ateńskiego.

Pythia respondit. Nauczyciel ostrzeże Uczniów o wieszczkach

Id responsum quo valeret, cum intelligerat nemo; Themistocles persuasit, *consilium esse Appollinis ut in naves se suaque conferrent. Eum enim adeo significari murum ligneum.* Tali consilio probato, addunt ad superiores totidem naves triremes suaque omnia quæ moveri poterant, partim Salaminem, partim Troezenem asportant: arcem Sacerdotibus paucisque majoribus natu ad sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt. Hujus consilium plerisque civitatibus displicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque missi sunt delecti cum Leonida, Lacedæmoniorum Rege, qui Thermopylas occuparent, longiusque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hostium non sustinuerunt, eoque loco omnes interierunt. At classis communis Græciæ trecentarum navium, in qua ducentæ erant Atheniensium, primum apud Artemisium inter Eubæam continentemque terram cum classiariis regiis confligit. Angustias enim Themistocles quærebat ne multitudine circumiretur. Hic etsi pari prælio discesserant, tamen eodem loco non sunt ausi manere: quod erat periculum, ne, si pars navium adversariorum Eubæam superasset, ancipiti premerentur periculo.

Quo factum est, ut ab Artemisio discederent, & ex adversum Athenas apud Salamina classem suam constituerent. At Xerxes, Thermopylis expugnatis; protinus accessit Astu, idque nullis defendentibus, interfectis Sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit. Cujus flamma perterriti classiarii cum manere non auderent, & plurimi horta-

dawnych, iak tego sposobu zwierchności zażywała na uludzenie
pospółstwa.

Barbaros. Zwyczajnie Rzymianie iako i Grecy inne narody
tak nazywali, i jeszcze dotąd u nich ten wzgardy zwyczaj trwa.

Astu. z Greckiego znaczy miasto, tak Rzymianie nazywali
Rzym, i dotąd jeszcze pazywają, *Urbs.*

rentur, ut domos suas quisque descenderint, mœnibusque se defenderent; Themistocles unus restitit, & universos esse parvos aiebat, dispersos testabatur perituros: idque Euribiadi Regi Lacedæmoniorum, qui tum summæ imperii præerat, fore adfirmabat. Quem cum minus quam vellet, moveret, noctu de fervis suis quem habuit fidelissimum, ad regem misit, ut ei nunciaret suis verbis, adversarios ejus in fuga esse: qui si discessissent, majore cum labore & longinquiore tempore, bellum confecturum, cum singulos confectari cogereetur, quos si statim aggredereetur, brevi universos oppressurum. Hoc eo valebat, ut ingratis ad depugnandum omnes cogereetur. Hac re audita barbarus nihil doli fuisse credens, postridie alienissimo sibi loco, contra opportunissimo hostibus, adeo angusto mari confligit; ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo est magis consilio Themistoclis quam armis Græciæ.

Hic Barbarus etsi male rem gesserat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere posset hostes. Interim tamen ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret; certiorum eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur. Idque ei persuasit. Itaque qua sex mensibus iter fecerat; eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque a Themistocle non superatum, sed conservatum judicavit. Sic unius viri prudentia Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio possit comparari trophæo. Nam pari modo apud Salamina parvo numero navium, maxima post hominum memoriam classis est devicta.

Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace. Cum enim Phalereo portu neque magno

neque bono Athenienses uterentur; hujus consilii triplex Piræei portus constitutus est: isque mœnibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquiparet, utilitate superaret. Idemque muros Atheniensem restituit præcipuo periculo suo. Namque Lacedæmonii causam idoneam nacti propter barbarorum excursiones, quæ *negarent oportere extra Peloponnesum ullam urbem haberi, ne essent loco munita, quæ hostes possiderent*; Athenienses ædicantes prohibere sunt conati. Hoc longe aliquid spectabat, atque videri volebant Athenienses enim duabus victoriis, Marathoniam, & Salaminiam tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti; ut intelligerent Lacedæmonii, de principatu sibi cum his certamen fore. Quare eos quam infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui; legatos Athenas miserunt, qui id fieri vellent. His præsentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, & solus primo profectus est. *Reliqui legati ut tum exirent, cum satis altitudo muri extructa videretur, præcepit. Interim omnes servi, atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive facer esset, sive profanus, sive privatus, sive publicus. Et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent.* Quo factum est, ut Atheniensium muri ex facellis, sepulcrisque confiant.

Themistocles autem, ut Lacedæmonem venire adire ad magistratus noluit, & dedit operam, ut quam longissime tempus duceret, causam interponens, se collegas expectare. Cum Lacedæmonii quærerentur, opus nihilominus fieri, eumque ea re conari fallere; interim reliqui legati sunt consecuti. A quibus cum audisset, non multum superesse munitio- nis; ad ephoros Lacedæmoniorum accessit, penes quos summum imperium erat, atque apud eos con-

tendit, falsa his esse delata: quare æquum esse, illos viros bonos, nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent, interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos, tresque legati summi Athenas missi sunt. Cum his collegas suos Themistocles iussit proficisci, eisque prædixit, ut ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent, quam ipse esset remissus. Hos postquam Athenas pervenisse ratus est, ad magistratum Senatūque Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberime professus est: Athenienses suo consilio, quod communi iure gentium facere possent, Deos publicos, suosque Patrios ac penates, quo facilius ab hoste possent defendere, muris secessisse. Neque eo quod inutile esset Græciæ fecisse. Nam illorum Urbem ut propugnaculum oppositum esse barbaris, apud quam jam bis classis Regiæ fecisset naufragium. Lacedæmonios autem male & injuste facere, qui id potius intuerentur, quod ipsorum dominationi, quam quod universæ Græciæ utile esset. Quare, si suos legatos recipere vellent, quos Athenas miserant; se remitterent, aliter illos nunquam in patriam essent recepturi.

Tamen non effugit civium suorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, testarum suffragiis e civitate ejectus, Argos habitatum concessit. Hic cum propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret; Lacedæmonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum Rege Persarum ad Græciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens proditionis est damnatus. Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat; Coryram demigravit. Ibi cum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedæmonii, & Athenienses indicerent; ad Admetum

Molofforum Regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit. Huc cum venisset, & in præsentia rex abes-
set, quo majore religione se receptum tueretur, filiam
ejus parvulam arripuit, & cum ea se in sacrarium,
quod summa colebatur cærimonia, conjecit. Inde non
prius egressus est; quam Rex eum data dextra, in fi-
dem reciperet, quam præstitit. Nam cum ab Atheni-
ensibus, & Lacedæmoniis exposceretur publice, sup-
plicem non prodidit, monuitque, *ut consuleret sibi:
difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eum
versari.* Itaque Pydnam eum deduci jussit, & quod
fatis esset præsidii dedit. Hac re audita, hic in navem
omnibus ignotus ascendit: quæ cum tempestate ma-
xima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat
exercitus; sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi
esse pereundum. Hac necessitate coactus, domino nav-
is, quis sit, aperit, multa pollicens, si se conservasset.
At ille clarissimi viri captus misericordia, diem no-
ctemque procul ab insula in salo navem tenuit in
ancoris; neque quemquam ex ea exire passus est.
Inde Ephesum pervenit, ibique Themistoclem expo-
nit, cui ille pro meritis, gratiam postea retulit.

Scio plerosque ita scripisse, Themistoclem Xerxe
regnante in Asiam transisse. Sed ego potissimum Thu-
cydidi credo, quod ætate proximus erat, qui illo-
rum temporum historiam reliquerunt, & eiusdem ci-
vitatatis fuit. Is autem ait Artaxerxem eum venisse,
atque his verbis epistolam misisse: *Themistocles veni
ad te, qui plurima mala omnium Graiorum in do-
num tuam intuli cum mihi necesse fuit, adversus pa-
trem tuum bellare, patriamque meam defendere.
Idem multo plura bona feci, postquam in tuto ipse
ego, & ille in periculo esse coepit. Nam cum in Asiam*

Thucydidi credo. Dochodzenia prawdy w Historyi, między
innemi i ta reguła jest, iść za zdaniem tych, którzy albo w
tamym wieku żyli, albo bliżay onego byli.

reverti vellet, praelio apud Salamina facto, literis eum certiore feci, ad agi, ut pons, quem in Hellesponto fecerat, dissolveretur, atque ab hostibus circumiretur. Quo nuntio ille periculo est liberatus. Nunc autem ad te confugi exagitatus a cuncta Græcia, tuam petens amicitiam, quam si ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus est. Ea autem rogo, ut de his rebus, de quibus tecum loqui volo, annum mihi temporis des, eoque transacto me ad te venire patiaris.

Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari; veniam dedit. Ille omne illud tempus literis, sermonique Persarum dedit, quibus adeo eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisse, quam hi poterant, qui in Perside erant nati. Hic cum multa regi esset pollicitus, gratissimumque illud, si suis consiliis uti vellet, illum Græciam bello oppressurum; magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Asiam rediit domiciliumque Magnesiæ sibi constituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his usus verbis: *quæ ei panem præberet: ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant: Lamplacum, unde vinum sumeret: Myuntem, ex qua obsonium haberet.* Hujus ad nostram memoriam monumenta manserunt duo, sepulcrum prope oppidum, in quo est sepultus, statuæ in foro Magnesiæ. De cujus morte multis modis, apud plerosque scriptum est: sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui *illum ait Magnesiæ morbo mortuum, neque negat fuisse famam venenum sua sponte sumpsisse, cum se, quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus esse, præstare posse desperaret.* Idem. *Ossa ejus clam in Attica ab amicis esse sepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditiōnis esset damnatus, memoriæ prodidit.*

A R I S T I D E S

Aristides Lyfimachi filius Atheniensis, æqualis fere fuit Themistocli. Itaque cum eo de principatu contendit. Namque obtrectarunt inter se. In his autem cognitum est, quanto antistaret eloquentia innocentia, Quamquam enim adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam, quod quidem nos audierimus, cognomine Justus sit appellatus: tamen a Themistocle collabefactus testula illa, exilio decem annorum multatus est. Qui quidem cum intelligeret, reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque animadvertit quendam scribentem, ut patria pelleretur; quæsisse ab eo dicitur, *quare id faceret, aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur?* cui ille respondit, *se ignorare Aristidem, sed sibi non placere, quod cupide elaborasset, ut præter ceteros Justus appellaretur.* Hic decem annorum legitimam poenam non pertulit. Nam postquam Xerxes in Græciam descendit; sexto fere anno, quam erat expulsus, plebiscito in patriam restitutus est.

Interfuit autem pugnae navali apud Salamina, quæ facta est prius, quam poena liberaretur. Idem prætor fuit Atheniensium apud Platæas in prælio, quo Mar donius fusus, barbarorumque exercitus est interfectus. Neque aliud est ullum hujus in re militari illustre factum, quam hujus imperii memoria, justitiæ vero, & æquitatis, & innocentia multa. Imprimis quod eius æquitate factum est, cum in communi classe esset Græciæ simul cum Pausania, quo duce Mar donius erat fugatus, ut summa imperii maritimi ab Lacedæmoniis transferretur ad Athenienses. Namque ante id tempus & mari, & terra duces erant Lacedæmonii. Tum autem & intemperantia Pausaniæ,

Quanto antistaret eloquentia. Pospolity lud często bywa zwiedziony samą tylko okrasą wymowy: rozumu potrzeba na rozeznanie prawdy.

& iustitia factum est Ariffidis; ut fere omnes Civitates Graeciae ad Atheniensium societatem se applicarent, & adversus barbaros hos duces deligerent sibi, quo facilius repellerent, si forte bellum renovare conarentur.

Ad classes aedificandas, exercitusque comparandos, quantum pecuniae quaeque civitas daret, Ariffides delectus est, qui constitueret. Ejus arbitrio quadringenta & sexaginta talenta quotannis Delum sunt collata. Id enim commune aërium esse voluerunt. Quae omnis pecunia postero tempore Athenas translata est. Hic qua fuerit abstinentia, nullum est certius indicium, quam quod, cum tantis rebus praesuisset, in tanta paupertate decessit, ut qui esseretur, vix reliquerit. Quo factum est, ut filiae ejus publice alerentur, & de communi aërio dotibus datis collocarentur. Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus.

C I M O N.

Cimon Miltiadis filius Atheniensis duro admodum initio usus est adolescentiae. Nam cum pater ejus litem aestimatam populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinculis publicis decessisset; Cimon eadem custodia tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus esset, solvisset. Habebat autem in Matrimonio sororem germanam suam nomine Elpinicen, non magis amore quam more ductus. Nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam ge-

Justitia factum est Ariffidis. Zwierzchnosc sprawiedliwoscia rządzącą się uszczęśliwia Narody.

Cimon eadem custodia tenebatur. Prawa tego ostrosć niezgadzająca się z sprawiedliwoscia, późniejszy wieki uznaly. U nas w Polsce Sukcesorowie są obowiązanymi oplacać długi swych Przodków, jeżeli od nich jest majątek zostawiony.

nerofus, quam pecuniosus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret; Id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturum. Is cum talem conditionem aspernaretur; Elpinice negavit se passuram. Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire, quomamque prohibere posset, se Calliæ nupturam, si ea, quæ pollice-retur, præstitisset.

Tali modo custodia liberatus Cimon, celeriter ad Principatum pervenit. Habebat enim satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam, cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum patre a puero in exercitu fuerat versatus. Itaque hic & populum urbanum in sua tenuit potestate, & apud exercitum plurimum valuit auctoritate. Primum imperator, apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipolim constituit, eoque decem millia Atheniensium in Coloniam misit. Idem iterum apud Mycalem Cypriorum & Phoenicum ducentarum navium classem devictam cepit. Eodemque die pari fortuna in terra usus est. Namque hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit, barbarorum uno concursu maximam vim prostravit. Qua victoria, magna præda potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ insulæ, propter acerbiter imperii defecerunt; bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. Scyrum quam eo tempore Dolopes incolebant, quod contumacius se gesserat, vacuefecit, seniores veteres urbe insulaque eiecit, agros civibus donavit, Thasios opulentia fretos, suo adventu fregit. His ex manubiis Athenarum arx, quæ ad meridiem ver-

Maximam vim prostravit. Woyna ta z Persami była, Phoenices Perlom pomagali.

His ex manibus. W wielkich ludzich miłość dobra publicznego silniysza jest nad wlyzsko. Ten Wódz Prawem woyny

git, est ornata. Quibus rebus cum unus in Civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam, quam pater suus, cæterique Atheniensium principes. Nam tectarum suffragiis, quod illi ostracismum vocant, decem annorum exilio multatus est. Cujus facti celerius Athenienses quam ipsum poenituit. Nam cum ille forti animo invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent; confestim notæ ejus virtutis desiderium consecutum est. Itaque post annum quintum quo expulsus erat, in Patriam revocatus est. Ille quod hospitio Lacedæmoniorum utebatur, satius existimans, eos & cives suos inter se una voluntate consentire, quam armis contendere; Lacedæmonem sua sponte est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit. Post neque ita multo, Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, cum ejus maiorem partem insulæ devicisset; in morbum implicitus, in oppido Citio est mortuus. Hunc Athenienses non solum in bello, sed in pace diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, cum compluribus locis prædia hortosque haberet; ut numquam eis custodeni impo-
 fuerit, fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quominus ejus rebus, quibus vellet, frueretur. Semper eum pedilequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opus ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe cum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur, ut quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret, quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit.

mogąc na siębie obrócić zdobycie, użył ich na publiczno potrzeby.

Desiderium consecutum est. Cnota i w nasywęższém przesładowaniu, zgnębioną być nie może.

Multos locupletavit, complures pauperes mortuos, qui, unde efferrentur non reliquissent, suo sumptu extulit. Sic se gerendo minime est mirandum, si & vita ejus fuit secura, & mors acerba.

LISTY CYCERONA

z *Księg* ad Familiares.

M. T. C. P. Lentulo S. D. z Księgi I. List 3ci
A. U. C. 697.

Aulo Trebonio, qui in tua provincia magna negotia, & ampla, & expedita habet, multos annos utor valde familiariter. Is cum antea semper & suo splendore, & nostra, ceterorumque amicorum commendatione gratiosissimus in provincia fuit; tum hoc tempore propter tuum in me amorem, nostramque necessitudinem vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore. Quæ ne spes eum fallat, vehementer rogo te, commendoque tibi ejus omnia negotia, libertos, procuratores, familiam, imprimisque, ut quæ T. Ampius de ejus re decreverit; ea comprobes, omnibusque rebus eum ita tra-

Sic se gerendo: Dobrze czynić, kochać Ojczyznę i Obywatelów, jest to jedyny sposób, ażeby być w życiu bezpiecznym, po śmierci żalowanym.

Co był Cycero, czém się wstawił, którego żył czasu, obacz w Wypisach na pierwszą klasę pod tytułem: *Nauka Moralna*. Dokładnięszą o życiu i dziełach jego wiadomość będzieś miał przy Wypisach z niegoż na wyższe Klasy.

M. T. C. Powie Nauczyciel o imionach, przedimionach i nazwiskach Rzymian, z *Dykeyonarza Starożytności*. Toż zschowa w innych miejscach, które się zwyczajów, obrządków, urzędów starożytnych tykać będą.

ctes, ut intelligat meam commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

M. T. C. C. Curioni S. D. z Księgi II. List 2.

A. U. C. 700.

Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam; si ei contigisset, ut te ante videret, quam e vita discederet. Sed spero nostram amicitiam non egere tefibus. Tibi patrimonium dii fortunent. Me certe habebis, cui & carus æque sis & jucundus, ac fuisti patri. Vale.

M. T. C. Imp. M. Coelio Ædili Curuli S. D. II. 14.

A. U. C. 703.

Marco Fabio, viro optimo & homine doctissimo familiarissime utor, mirificeque eum diligo, cum propter summum ingenium ejus, summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. Novi ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinques, si me amabis, dum tua opera Fabius uti volet. Ego res Romanas vehementer expecto, & desidero: imprimisque quid agas, scire cupio. Nam jam diu, propter hiemis magnitudinem, nihil novi ad nos afferebatur. Vale.

CICERO DOLABELLÆ. z Ks: IX. II.

A. U. C. 708.

Vel meo ipsius interita malletm literas meas desiderares, quam eo casu, quo sum gravissime afflictus: quem ferrem certe moderatius si te haberem. Nam & oratio tua prudens, & amor erga me singularis,

Magnos patronos. Zartuje w tém miéyscu, Celiusza między owými wielkiémi prawnikami licząc, którzy w małych sprawach, jaka była Fabiusza, sławać niechcą, ale spraw o zabójstwie, albo o podobne zbrodnie czekają.

multum levaret. Sed cum brevi tempore, ut opinio nostra est, te sim visurus, ita me affectum offendes, ut multum a te possim juvari: non quod ita sim fractus, ut aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunæ succumbendum putem; sed tamen hilaritas illa nostra, & suavitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est. Firmitatem tamen, & constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti. Quod scribis, prælia te mea causa sustinere, non tam id laboro, ut, si qui mihi obtrectent, a te refutentur; quam intelligi cupio, quod certe intelligitur, me a te amari. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo ignoscasque brevitati literarum mearum. Nam & celeriter una futuros nos arbitror, & nondum satis confirmatus sum ad scribendum.

CICERO OPPIO S. z Ks, XI. 29.

A. U. C. 709.

Dubitanti mihi (quod scit Atticus noster) de hoc toto consilio profectiois, quod in utramque partem in mentem multa veniebant, magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem iudicium & consilium tuum. Nam & scripsisti aperte, quod tibi videretur, & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicavi in te & in capiendo consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem: maximeque sum expertus, cum initio civilis belli per literas te consulissem, quid mihi faciendum esse censes, eundumne ad Pompejum, an manendum in Italia? Svasisti, ut consulerem dignitati meæ. Ex quo, quid sentires; intellexi, & sum admiratus fidem tuam & in consilio dando religionem: quod, cum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium

Semper iudicavi. Wielka grzeczność Cyncerona w pisaniu, wy-daje się, ośobliwiéy w tym całym liście; którą w szczególnych wyrazach Nauczyciel da postrzegać Uczniom.

Religionem. W tłumaczeniu tego słowa niech pomni Nauczyciel.

meum, quam illius voluntas fuit. Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & semper me a te diligere sensi: & cum abessem, atque in magnis periculis essem; & me absentem & meos præsentes a te cultos & defensos esse memini. Et post meum reditum quam familiariter tecum vixeris, quæque ego de te & senserim & prædicarim; omnes qui solent hæc animadvertere, testes habemus. Gravissimum vero iudicium de mea fide & de constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium nisi mea summa benevolentia erga te, omnibusque meritis comprobaro; ipse me hominem non putabo. Tu mi Oppi conservabis amorem tuum (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quò te admonendum putem) meaque omnia tuebere, quæ tibi ne ignota essent, Attico mandavi; a me autem, cum paulum otii nacti erimus, uberiores literas expectato. Da operam ut valeas. Hoc mihi gratius facere nihil potes.

TREBONIUS CICERONI S. XII. 16.

A. U. C. 709

Si vales, bene est, Athenas veni a. d. XI. Kal. Jun. atque ibi, quod maxime optabam; vidi filium tuum, deditum optimis studiis, summaque modestiæ fama. Qua ex re quantam voluptatem cæperim, scire potes, etiam me tacente. Non enim nescis, quanti te faciam, & quam, pro nostro veterrimo verissimoque amore, omnibus tuis etiam minimis commodis, non modo tanto bono, gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil adolescente tuo, atque

ciel na daną przestrożę o przekładaniu słów, więcéy znaczeń mających.

Non modo tanto bono. Bardzo sprawiedliwie Treboniusz za wielkie uszczęśliwienie Rodzicom, liczy pociechę z dobrych synów, z ich przykładania się do nauk i skrzemności obyczajów. Wielka pobudka dla dobrych dzieci do sprawowania się takłogo, któreby Rodzicom rokosz przynosiło.

adeo nostro, (nihil enim mihi a te potest esse sejun-
ctum) aut amabilius omnibus iis, qui Athenis sunt,
est, aut studiosius earum artium, quas tu maxime a-
mas, hoc est, optimarum. Itaque tibi, quod vere facere
possim, libenter quoque gratulor, nec minus etiam
nobis, quod eum, quem necesse erat diligere, qualif-
cunque esset, talem habemus, ut libenter quoque di-
ligamus. Qui cum mihi in sermone iniecisset, se velle
Asiam visere: non modo invitatus, sed etiam rogatus
est a me, ut id potissimum nobis obtinentibus Provin-
ciam faceret. Cui nos & caritate, & amore, tuum offi-
cium præstatorios, non debes dubitare. Illud quoque
erit nobis curæ, ut Cratippus una cum eo sit, ne pu-
tes, in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua
cohortatione incitatur, futurum. Nam illum para-
tum, ut video, & ingressum pleno gradu, cohortari
non intermitteremus, quo in dies longius, discen-
do, exercendoque se, procedat. Vos quid ageritis
in republica, cum has literas dabam, non sciebam.
Audiebam quaedam turbulenta, quæ scilicet cupio
esse falsa, ut aliquando otiosa libertate fruamur:
quod vel minime adhuc mihi contigit. Ego tamen
nactus in navigatione nostra passillum laxamenti, con-
cinnavi tibi munusculum ex instituto meo: & di-
ctum, cum magno nostro honore a te dictum, con-
clusi, & tibi infra subscripsi. In quibus versiculis, si
tibi quibusdam verbis euthyrrhemoneseros videbor:
turpitudine personæ ejus, in quam liberius invehimur,

Ut Cratippus. Wielce rozumna i przyjacielska rada Trebo-
nijusza, aby z mlodym Cyncionem, mającym zwiedzc obce
kraje, jachał Nauczyciel jego, Filozof Kratip, tym koncem,
jako mówi, aby mlody nie próżnował. Względ na obyczaje
i naukę mlodziana, powinien rodzicom wyfytajacych dzieci za
granicę, stawiac za nayspowazniejszy obowiazek, aby dobierali
im naysmotliwszych i naysrozumniyszych towarzyfzow podrózy.

Euthyrrhemoneseros: Znaczy tego, który bardziéj mówi
prawdę, wolniéjzego w mówieniu.

nos vindicabit. Ignosces etiam iracundiæ nostræ; quæ iusta est in eiusmodi & homines, & cives. Deinde qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quam nobis? cum, etiam si odio par fuerit in eos quos læsit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. Tu, sicut mihi pollicitus es, adjunges me quam primum ad tuos sermones. Namque illud non dubito, quin, si quid de interitu Cæsaris scribas, non patiaris me minimam partem & rei, & amoris tui ferre. Vale, & matrem, meosque tibi commendatos habe. D. VIII. Kalendas Junias. Athenis

CICERO SERVIO S. XIII. 27. A. U. C. 707.

Licet eodem exemplo sæpius tibi hujus generis literas mittam, cum gratias agant, quod meas commendationes tam diligenter observes, quod feci in aliis, & faciam, ut video sæpius: sed tamen non parcam operæ & ut vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. C. Avianus igitur Hammonius incredibiles mihi gratias per literas egit, & suo, & Æmilii Aviani patroni sui, nomine, nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari, nec se præsentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. Id mihi cum iucundum est eorum causa, quos tibi ego summa necessitudine & summa conjunctione adductus commendaveram, quod M. Æmilius unus ex meis familiarissimis atque intimis, maxime necessarius homo, & magnis meis beneficiis devinctus, & prope omnium, qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus; tum multo iucundius te esse in me tali voluntate, ut plus pro sis amicis meis, quam ego præfens fortasse prodessem: credo, quod magis ego dubitarem

In Formulis. Formulas Rzymianie zwali, pewne słowa, wyrazy, mówienia sposoby w nabożeństwie, sprawach publicznych, Sądach, prawnictwie &c. Była formuła prawników chcących pokazać, iż iédna sprawa, wielą sposobami do iednegoż końca prowadzona bydz może *de eadem re alio modo.*

quid illorum causa facerem, quam tu, quid meâ. Sed hoc non dubito, quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoque gratos homines esse putes: quod ita esse, tibi promitto, atque confirmo. Quare velim, quidquid habent negotii, des operam, quod commodo tuo fiat, ut te obtinente Achaïam, conficiant. Ego cum tuo Servio jucundissime conjunctissimèque vivo, magnamque cum ex ingenio eius singularique studio, tum ex virtute & probitate voluptatem capio Vale.

TULLIUS TERENTIÆ SUÆ, TULLIOLÆ SUÆ, CICERONI SUO S. XIV. I. A. U. C. 695.

Et literis multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam & fortitudinem esse, teque nec animi, nec corporis laboribus defatigari. Me miserum; te ista virtute, fide, probitate, humanitate, in tantas ærumnas propter me incidisse! Tulliolumque Nostram ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus! Nam quid ego de Cicero-
ne dicam? qui, cum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores miseriaeque percepit. Quæ si, ut scribis, fato facta putarem, ferrem paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab his me amari putabam, qui invidebant: eos non sequebar, qui petebant. Quod si nostris consiliis usi essemus, neque apud nos tantum valuisset sermo aut stultorum amicorum aut improborum; beatissimi viveremus. Nunc, quando sperare nos amici jubent, dabo operam, ne mea valetudo suo labori desit. Res quanta sit, intelligo: quantoque fuerit facilius manere domi, quam redire. Sed tamen si omnes tribunos plebis habemus, si Lentulum tam studiosam, quam videtur, si vero etiam Pompeium & Cæsarem, non est desperandum. De familia, quo modo placuisse amicis scribis, faciemus. De loco nunc quidem iam abiit pestilentia, sed quamdiu fuit, me non attigit. Plancius, homo officiosissimus; me cupit esse secum, & adhuc retinet. Ego volebam loco

magis deserto esse in Epiro, quo neque Hispo veniret, nec milites sed adhuc Plancius me retinet. Sperat posse fieri, ut mecum in Italiam decedat. Quem ego diem si videro, & si in vestrum complexum venero, ac si & vos, & me ipsum recuperaro, satis magnum mihi fructum videbor percepisse & vestræ pietatis, & meæ. Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit. Utinam ea res ei voluptati sit; gloriæ quidem video fore. De Quinto fratre nihil ego te accusavi; sed vos, cum præsertim tam pauci sitis, volui esse quam conjunctissimos. Quibus me voluisti agere gratias, egi, & mea te certiolem factam esse scripsi. Quod ad me, mea Terentia, scribis, te vicum vendituram; quid; obsecro te (me miserum) quid futurum est? Et, si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Non quo reliqua scribere (tanta vis lacrymarum est) ne te in eundem fletum adducam. Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit; si non erunt, tu efficere tua pecunia non poteris. Per fortunas miseras nostras, vide, ne puerum perditum perdamus: cui si aliquid erit, ne egeat, mediocri virtute opus est, & mediocri fortuna, ut cætera consequatur. Fac valeas, & ad me tabellarios mittas; ut sciam quid agatur, & vos quid agatis. Mihi omnino jam brevis expectatio est. Tulliolæ & Ciceroni salutem dic. Valet. D. a. d. VI. Kalendas Decembres, Dyrrachii. Dyrrachium veni, quod & libera civitas est, & proxima Italiæ, Sed si me offendet loci celebritas, alio me conferem. Ad te scribam.

M. T. C. Tironi S. P. D. XVI. 10. A. U. C. 708.

Ego vero capio te ad me venire, sed viam timeo. Gravissime ægrotasti inedia & purgationibus, & visus morbi consumptus es, Graves solent offensio-

De familia. Czeladź złożona z niewolników, których potem wolnością nadal, żeby razem z innym majątkiem konfiskowani nie zostali, dowód dobroci Pana ku ludzom.

nes esse ex gravibus morbis, si quæ culpa commissa est. Jam ad id biduum quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuo ad reditum dies quinque. Ego in Formiano ad III. Kal esse volo. Ibi te ut armum offendam, mi Tiro, effice. Literulæ meæ, siue nostræ, tui desiderio oblanguerunt. Hæc tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Pompejus erat apud me, dum hæc scribebam, hilare & libenter. Ei cupienti audire nostram, dixi, nunc te omnia mea muta esse. Tu Musis Nostris para, ut operas reddas. Nostra ad diem dictam fiet. Docui enim te, fides Etymon quod haberet. Fac plane ut valeas. Nos adsumus. Vale. XIV. Kal.

*Tironi. Tyro fuga Cicerona. Piękny przykład dobroci Pana ku studze, i w tym liście i w innych okazy. Ten wprzód niewolnik, potem wyzwolencie Cicerona, był uczony i szczególnie Panu mądry. Tyro pierwszy u Łacinników wynalazł sposób pisania, przez skrócenie charakterów: co Łacinnicy nazywali *notas*, my *tyllami*, przez które tak prędko pisało, jak drągi mówić.*



KSIĘGOZBIÓR
MARCINA ZAMOYSKIEGO

4950 -KZ







